UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

lxxxiv [i.e. xii]. Est qùe hic respectus determinatus, ut quocunque effectu implicante implicet causa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71607

Visual Library

illas, quod ſufficit ad hoc, ut terminus non ſit purè terminus, qualis requiritur ad relationem tranſcendentalem.

XII. Non eſt autem reſpectus hic indeterminatus, id eſt, talis, quo ita reſpiceat effectus poſſibiles, ut quocunquè implicante effectu, cauſa adhuc maneat, & non implicet, niſi implicantibus ſimul omnibus; ſed talis, ut eo ita reſpiciat effectus determinatè omnes, ut quocunquè reddito impoſſibili, implicet & illa; quia quocunquè implicante implicat prædicatum cauſæ intrinſecum, quod eſt, eſſe virtutem productivam hujus effectus. Hinc tamen non ſequitur, eum, qui intuitivè cognoſceret Deum, ſtatim etiam in particulari cogniturum omnes creaturas poſſibiles, cùm cognitio creata repræſentans omnia individua poſſibilia, utì & cognitio comprehenſiva Dei, imò & creaturæ (ſi ad illam requiratur, ut determinatè & diſtinctè omnium prædicatorum relativorum terminos repræſentet, implicet) ſed cognoſcet tantùm confusè hos terminos, & ipſum Deum, qui connexus eſt cum ſingulis in particulari creaturis poſſibilibus, non ut connexum cum ſingulis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN